

I. N. D.

DISSERTATIO PHILOSOPHICA,
THEOREMATA

NONNULLA

MISCELLANEA.

EXHIBENS.

Quam

Consensu & Approbatione Amplissime
Facultatis Philosophicae,

SUB PRÆSIDIO

Excellentissimi & Praeclarissimi

DN. M. PETRI HAHN,
Physices Professoris celeberrimi, Prae-
ceptoris ac Promotoris aeternum
suspiciendi.

Publico examini modestè sicut

MAGNUS M. CHORINUS,
Wex, Smol.

In Auditorio Superiori,

Ad diem 11. Aprilis Anno 1685.

ABOÆ,

Impr. apud Joh. L. WALLIUM, A. T.

6
A
E

THEOREMA I.

Communicationem propriorum afferimus.

Præcisœ omni verborum anfractu, telam suscepitam aggredimur. Sed ante omnia in theorematis hujus vestibulo & fronte hoc operæ pretium est cognoscere, quod hac vice non mentionem facimus de communicatione verbali, quæ nomine tenus tantum communicat, res vero ipsa non communicatur: quomodo verbaliter dico, Herodes est vulpes, & quod essentia vulpis non est Herodi communicata. Neque de illa quæ est *τὰ μέρη* secundum essentiale participationem, quomodo propria naturæ

universalis communicantur particulari,
propria generis speciei, propria speciei
individuo. Sed nos soliti sumus de com-
municatione καὶ συνδυασιν μὲν ἐνωσιν, in
quibus nulla μετέκβασις vel aλλοπόιησι lo-
cum habet, vera tamen μετάστασις. Quibus
observatis, hanc nostrā assertiōnem
cum Excellentiss. D. Calvio, ex unione
cum accidentali, his argumentis proba-
mus: Si ignis in ferro ignito realiter
communicat ferro suum calorem, con-
sequens est, propriū unius subjecti sub-
iecto alteri per naturam diverso (non
vero locorum intercapacitate) καὶ μετά-
στασιν realiter communicari posse. Ve-
rum prius ergo posterius: tum ex u-
nione naturali. Si vita animæ propriæ
communicatur corpori realiter, sequi-
tur propriū unius subjecti posse sub-
iecto alteri per naturam diverso com-
municari, at verum prius ergo posteri-
us. Qvorum argumentorum proba-
tionem siquidem instituti ratio non per-
mittit adhibere, ipsi συζητήσαι reservamus.
Adversæ partis defensoribus, multæ
qui-

quidem rationes videntur ad stipulari,
quibus communicationes propriorum
negare conantur; Quare dum circa hu-
jus theorematis considerationem com-
moramur, haud abs re fuerit cum phi-
losophis distinguere inter κοινὸν & κοινω-
νῆρη, nullum id est κοινὸν potest tamen
est κοινωνῆρη, sed ita ut semper in ipsa quo-
que communicatione πρᾶγμα communica-
canti & per se insit illud proprium, ve-
rum ipsi cui communicatur διέρημα. Dein-
de haud absurdus aut alienus à proposi-
to nostro labor erit, si paucis, cum Doct.
Calovio & Frommio, dictum fuerit,
possessionem commanem seu inexi-
stentiam esse universalem, usurpatio-
nem vero seu χρήσιν particularem, &
restringi ad propria 1. Receptibilia
2. Operativa. 3. Ad finem unionis
facientia. Qvæ qui observant, sarcas-
mo exasperata scommata adversario-
rum, ut & solœcismos aliorum invecti-
vos aspernantur.

THEOREMA II.

In anima separata esse naturalem propensionem ad corporis sui reunitiōnem adſtruimus.

Aliqua fax argumento huic ut præfulgeat, prima erit cura cum magni nominis philosophis variam acceptiōnem appetitus mentis scrutinio subjicere. Nam 1. Distingvendum inter appetitum naturalem & Elicitum. Naturalis est inclinatio naturæ, secundum quam res in bonum sunt propensa absque prævia cognitione. Sic quæq; res suum appetunt bonum. Elicitus est actus appetendi, quo res prævia cognitione feruntur in bonum objectum: ut homo appetit edere & bibere. 2. Inter appetitum simplicem, qui est actus voluntatis, quo res in bonum fertur cognitum citra efficaciam: & efficacem quo res in bonum fertur cognitum, ut id non adepta si fuerit violētiam & interitum patiatur. Qvibus præmissis

missis statum in anima teneri cupidine corporis appetitu naturali, elicito & simplici, non vero efficaci. Nam cum anima post factum cum corpore divortium, in statu degit imperfecto, patet ὁφθαλμοφάνως eam illum cupere deponere & naturalem habere propensionem & aptitudinem conjungendi cum corpore suo: Anima enim est forma, essentiam igitur propenden-tem ad informandum materiam & ad totum eum corpore compositum constituendum habet. Deinde praeter innatam illam propensionem, etiam vult unionem. Concludimus itaque cum Doct. Calovio propensio animæ separatae ad corpus a natura est, verum non potest completi per naturam, sed solummodo virtute divina, ut in resurrectione mortuorum olim contingat: Dist: ergo inter appetitum & ejus complementum: illum dicimus physicum: Hunc e scriptura credimus planè hyperphysicum.

THEOREMA III.

*Fatum Astrologicum ad voluntatem
hominis non extendimus.*

Magnam imo admirandam vim &
efficaciam astrorum esse, & res i-
psa loquitur, & cruditoris orbis cal-
culo est comprobatum: Nam omnia
qua mundi complexus containet,
non spectaculo & admirationi sacra-
gum mentium fabricator orbis solum
destinavit (nihil enim in tota rerum
natura otiosum, nihil frustra conditum)
sed & operationi, quia ut omnes res
suas habent formas, ita & eas per eas-
dem agere & operationes exercere
certum est: sed in voluntatem ho-
minis astra agere, & ad illius actio-
nes suo influxu directe influere infici-
amus. Nam omne agens debet esse
propositionatum patienti, & per hoc a-
gens materiale, non potest agere in
immateriale; Atqui astra sunt materia-
lia, voluntas autem est aliquid immate-
riale. Conclusio brevis huius theore-
matis

matis est Sperlingiana: ubi duplex obser-
vanda distinctio: Altera inter influxum
directum & indirectum: Altera
inter influxum necessitatem & incli-
nantem: Stellarē influunt ia voluntatem
hominis, non directe sed indirecte,
non cogendo sed suadendo & incli-
nando.

THEOREMA IV.

*Omne mendacium peccatum esse sta-
tuimus.*

Mendacium vulgo triplex est; Joco-
sum ad delectandum est comparati-
vum. Officium cum proximi commo-
do est conjunctum, perniciōsum cum
eius nocimento. Et hoc ultimum pro-
priè dicti mendacijs nomine venire au-
tumant non pauci. Sed nos, quamvis
multi, priora tanquam licita in casibus
certis adprobant, & ab omni labe vitij
absolvunt, plurimorum virorum haud
imi subsellij suffragijs suffulti, illicita,
caudori & veracitati, quam jus divinum
et recta ratio commendant, directe, &
semper

semper contraria adstruimus t. è dictis
scriptura, quibus veritas nobis deaman-
datur, mendacium in orcum relegatur.
Talia nobis obvia sunt. Zach. 8.v.16.
Matth. 5. v. 37. levit. 19. II. Eph. 4. 25.
Col. 3. v. 9. 2. fine labiorum quæ ho-
mini eum in finem data, ut in apricium
protrahant, (si modo silentio involven-
vendum non sit) quicquid in imo pe-
ccatore latitat: at contra sit per menda-
cium. 3. Quia mendacium fure magna
est affinitas. Par utriusque studium;
iste lingua; hic manu docet; Non ideo
existimandum quod mendacium im-
mune à peccato existit, quia alicui est
utilitati. Nam furtum manet furtum
et si nos alia intentione quam eleemo-
synarum erogandarum gratiâ sit com-
missum. Itaque cum Meisnero ar-
gumentamur; Quæ intrinsecè & ex na-
tura sua mala & illicita sunt, nunquam
benè & licite fieri possunt, etiam si ob-
bönum finem sunt; sed mendacium
intrinsecè & ex natura sua malum est,
ergo mendacium nunquam bene & li-

citè fieri potest, ob quemcunque tandem finem fiat. Major patet, quia quod intrinsecè & ex natura sua malum est, hoc per nullam circumstantiam extrinsecam potest fieri bonum: Nam circumstantiae extrinsecæ & accidentales non mutant naturam & intrinsecam rei essentiam. Minoris probatio est: Triplex namque mendacio inest deformitas rectæ rationis repugnans; abusus nempe sermonis, deceptio proximi, ac violatio charitatis & amicitiae humanae. Vitet ergo mendacium, qui vult vitare laqueum, quia mendacia furorum sunt primordia.

THEOREMA V.

Vinculum Matrimoniale indissolubile esse asseveramus.

Libellum repudii non esse dandum ostendit forma conjugij, quam monstrat arctissima conjunctio voce προσκόλληθήσται indicata, Eph. 5. v. 31. quod notat tenaciter adhaerere sibi invicem

enquam glutine compactum: Itaque
argumentamur quicunque per conjugium
agglutinantur, non sunt dissolvendi, Mas
& foemina per conjugium agglutinan-
tur, ergo non sunt dissolvendi. Dein-
de. Qui per conjugium sic juncti sunt,
ut non sint duo sed una caro, illorum
vitæ conjunctio esse debet individua &
indissolubilis, Mas & foemina per con-
jugium sic juncti sunt ut non sint duo
sed una caro, ergo eorum vitæ conju-
ctio esse debet individua & indissolubi-
lis. Minor robatur verbis ipsius Chri-
sti Matth. 19. v. 5. Ubi Maritus & e-
xor una caro dieuntur, non quo ad u-
nitatem numericam; sed quo ad uni-
tatem ἡθικὴν seu moralem; & unitatem
σωματικὴν, propter nimirum γαμικὴν συ-
ζυγίαν seu copulam coniugalem. Ali-
as etiam una caro dici possunt, quo ad
unitatem Φυσικὴν quia naturæ & speciei
utriusq; ταῦτον, sexus saltem diversitas, &
quo ad unitatem τευχαλικὴν, dicitur
igitur conjugium indissolubile ad ca-
vendam & prohibendam levitatem

quæ in deserendo exerceri potuisset.
Quod enim Deus conjunxit homo non
separat Matth. 19. v. 6. Hanc tamem
quaestione non ita absolute intellex-
etam volumus, quasi nullo in casu disces-
sio fieri possit; nam de divortiis hoc te-
ne, dicit Doct: Enevaldus Svenonius in
Synopsis Theol. disp. 27. th. 14. quod
Christus prohibeat divortia Matth. 19-
v. 9. Excepto uno casu scilicet adul-
terij. Extat & alter dissolvens coniu-
gium casus malitiosæ icilicet desertionis
I. Cor. 7. v. 15. Non enim persona
deserta cogenda est, ut vagabundum
desertorem sequatur: Sed merito
quaeritur hic loci, dicit. Cur igitur
Moses Deut. 24. 1. permisit sepa-
rationem extra hos casus? Respondet
salvator ipse Math. 19. v. 8. hoc factum
fuisse propter duritatem cordis Judæorum.
è patribus hoc ita interpretatur re-
spousum Chrysostomus Moses non sim-
pliciter hanc legem tulit, sed coactus fu-
it sese attemperare eorum, quibus le-
gem tulit infirmitati: Nam quoniam ad

cædes

et ades prompti erant & domos cognato replebant sanguine; & neque suis, neque alienis parcebant, ne intus occiderent uxores, quae ingratæ erant, præcepit foras mittendas, quo gravius malum scilicet homicidiorum facilitas tolleretur. Regulam itaque tritam hic inculcamus. *Non omne quod licet bone-
sum.* De errore personæ sciendum, quod verius hic nullum conjugium antecessit propter defectum personarum contrahentium consensus, qui, non vero concubitus, facit matrimonium, ergo cum tales personæ disiunguntur, propriè sic dictum divorcium aut repudium non est. Inquit præterea, th. 16. ceterum Christi mandato parendum est, cui Paulus minimè refragatur, quia maligna desertio vel actum adulterii vel speciem summissæ lasciviae involvit. Unde B. Augustinus recte ait: sicut uxorem nullis legibus humanis licet vendere, ita nec Christi legibus dimittere, excepta fornicationis causa. Fingunt Adversarii multa obstacula matrimonii

contrahendi & contracti versibus seqq:
contenta.

Error, conditio, volum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sit affinis, si forte coire nequibus.
Hac socianda vetant, connubia facta retro-
stant.

Sed matrimonium est omnis vitæ
consortium in utraque sorte, secunda
& aduersitate: itaque ut uxor coruscet ra-
diis mariti, sic obfuscatur nebulis ma-
riti. Et contra jus divinum nihil atten-
tare debet humana dispensatio, cum Ma-
gistratus inferior in legibus superioris
Magistratus nihil dispensare possit.
Hæc pro ratione instituti in philo-
ram conjecta, cuum est B. L. candidè
interpretari & humaniter quæ
desunt supplere.

SOLI DEO GLORIA.

COROLLARIA.

1. Elementorum generationem, corruptionem & transmutationem negamus.
2. Aerem non esse elementum humidum & frigidum sed leve & subtile assertimus.
3. Mare salsum factum esse in prima creatione statuminamus.
4. Affectiones terrae esse summam craf-
ficiem & summam gravitatem, remis-
sam vero frigiditatem, & remissam
siccitatem adstruimus.
5. Ignem esse supra aerem sub conca-
vo lunae inficias imus.
6. Non esse tres hominis partes anima,
corpus & spiritum affirmamus.
7. In homine esse tres animas realiter
distinctas, animam scilicet rationa-
lem, sensitivam & vegetativam non
admittimus.

